



*Ministero dell'Istruzione dell'Università e della Ricerca
Direzione Generale per gli Ordinamenti Scolastici e per l'Autonomia Scolastica*

**Olimpiadi Nazionali delle Lingue e Civiltà Classiche
Terza edizione**

Fase Nazionale – Palermo, 6 maggio 2014

Sezione: *Lingua Latina*

Tutto ciò che si trova nel mondo è stato creato per l'uomo

Il concorrente traduca il **TESTO** di CICERONE e risponda ai quesiti anche alla luce dell'ante-testo e del post-testo.

Ante-testo

CICERONE, *De natura deorum*, II 154 (Trad. C. M. Calcante)

Restat, ut doceam atque aliquando perorem omnia, quae sint in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse et parata. Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est, quaeque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inventa sunt. Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus aut urbs utrorumque; soli enim ratione utentes iure ac lege vivunt. Ut igitur Athenas et Lacedaemonem Atheniensium Lacedaemoniorumque causa putandum est conditas esse omniaque, quae sint in his urbibus eorum populorum recte esse dicuntur, sic, quaecumque sunt in omni mundo, deorum atque hominum putanda sunt.

Rimane da dimostrare, in conclusione, che tutto ciò che si trova in questo mondo e di cui gli uomini si servono è stato creato e apprestato per gli uomini. In primo luogo il mondo stesso è stato creato per gli dei e per gli uomini, e tutto ciò che in esso si trova è stato procurato e reperito per il vantaggio dell'uomo. Il mondo è infatti, per così dire, la dimora comune degli dei e degli uomini e la città di entrambi, perché essi sono i soli ad avere l'uso della ragione e a vivere secondo il diritto e la legge. Come dunque si deve ritenere che Atene e Sparta siano state fondate per gli Ateniesi e per gli Spartani, e giustamente si dice che tutto ciò che si trova in queste città appartiene a questi popoli, così bisogna ritenere che tutto ciò che si trova in tutto il mondo appartenga agli dei e agli uomini.

TESTO
CICERONE, *De natura deorum*, II 155–158

[155] *Iam vero circumitus solis et lunae reliquorumque siderum, quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen et spectaculum hominibus praebent; nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior et ad rationem sollertiamque praestantior; eorum enim cursus dimetati maturitates temporum et varietates mutationesque cognovimus. Quae si hominibus solis nota sunt, hominum facta esse causa iudicandum est. [156] Terra vero feta frugibus et vario leguminum genere, quae cum maxuma largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa gignere videtur? Quid de vitibus olivetisque dicam, quarum uberrimi laetissimique fructus nihil omnino ad bestias pertinent; neque enim serendi neque colendi nec tempestive demetendi percipiendique fructus neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est, earumque omnium rerum hominum est et usus et cura. [157] Ut fides igitur et tibiae eorum causa factas dicendum est, qui illis uti possent, sic ea, quae dixi, is solis confitendum est esse parata, qui utuntur, nec, si quae bestiae furantur aliquid ex is aut rapiunt, illarum quoque causa ea nata esse dicemus. Neque enim homines murum aut formicarum causa frumentum condunt, sed coniugum et liberorum et familiarum suarum; itaque bestiae furtim, ut dixi, fruuntur, domini palam et libere; [158] hominum igitur causa eas rerum copias comparatas fatendum est. Nisi forte tanta ubertas varietasque pomorum eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus dubitationem adfert, quin hominibus solis ea natura donaverit.*

Post-testo
CICERONE, *De natura deorum*, II 158 (Trad. C. M. Calcante)

Tantumque abest, ut haec bestiarum etiam causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus. Quid enim oves aliud adferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur; quae quidem neque ali neque sustentari neque ullum fructum edere ex se sine cultu hominum et curatione potuissent. Canum vero tam fida custodia tamque amans dominorum adulatio tantumque odium in externos et tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos.

E' tanto lontana dalla verità l'idea che questi beni siano stati prodotti anche per gli animali, che al contrario vediamo che sono gli animali a essere stati creati per gli uomini. Le pecore, infatti, quale altra utilità hanno se non l'uso che gli uomini fanno della loro lana lavorata e tessuta per farne vestiti? Esse, da sole, senza l'allevamento e senza la cura dell'uomo, non avrebbero potuto né essere allevate, né essere mantenute in vita, né produrre nulla. Quanto ai cani, la loro guardia fidata, le loro moine così affettuose nei confronti del padrone, l'ostilità così intensa verso gli estranei, la loro straordinaria finezza dell'olfatto nel seguire le tracce, la loro alacrità nella caccia, che altro significato hanno se non che essi sono stati creati per il vantaggio dell'uomo?

Il concorrente risponda ai seguenti quesiti

- 1.** Si individuino le forme di connessione sintattica che uniscono le varie sezioni dell'argomentazione ciceroniana.
- 2.** Si individuino le espressioni che delineano la concezione finalistica della natura al servizio dell'uomo.
- 3.** Si illustri il modo in cui Cicerone intende qui il rapporto tra natura, uomo e animali, con eventuali riferimenti ad altri autori.

Tempo: 5 ore.

È consentito l'uso del vocabolario monolingue della lingua italiana e del vocabolario Latino-Italiano.